

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae IV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

EPISTOLAE III.
ARGVMENTVM.

Libri veteres hanc epistolam Nepotis nomine inscribunt: quod si credimus; ex Hispania missam, cui post consulatum Nepos praefuit, simul credere necesse est. Scribit haec: a se fratrem suum, assidue Ciceroni obtreptantem, despici; Ciceronem autem, qui suam in eum benevolentiam officiis declararet, fratris loco diligi: de prouinciae rationibus ad Lollium se litteras dedisse. Amoris conseruationem petit in extremo. Moralis epistola: quibus consulibus, incertum: cum Nepos Hispaniae triennium praefuerit; ut ex Pediano in commentario orationis pro Scauro colligitur.

EXPLANATIO.

Hominis importunissimi] P. Clodii, qui Nepotis frater appellatur et lib. 4. ad Attic. epist. 3. fratres autem iuere, vel consobrini, vel quod Clodii mater, patris Nepotis soror fuerit.

Contumeliae] In Ciceronem.

Concionibus] Ita longis, itaque acerbis litteris, ut concionari videatur.

Onerat] Mihi molestus est.

Leniuntur] Earum acerbitate non moueor, quae minuitur ac tollitur officiis tuis.

Ab eiusmodi homine ERN. Eiusmodi homines] Sic mei veteres libri. vnus, *homin's*. ut sit, eiusmodi hominis quia leues contumeliae sunt, a me despiciuntur. ita opponitur, *onerat*, et, *leues*. *sin homines* legatur, potest esse eadem sententia, hoc modo: quia sunt leues eiusmodi homines, a me despiciuntur eorum contumeliae. potest et

iam sic: despiciuntur a me, tamquam leues, eiusmodi homines. *Mediceus liber. ab eiusmodi homine*: sententia eadem, quae elicitur ex eiusmodi hominis.

Communita persona] Translatio ab histrionibus, qui, commutata persona, diuersas agunt partes.

Inuitum] Nemo seruatur inuitus, sed qui palam peccat, nec poenae metu flagitijs abstinet, is cum impunitatem adipiscitur, seruari videtur inuitus. Clodii autem cunctis paene sceleribus inquinatam vitam quis ignorat.

Prouinciae] Dixi iam praefuisse Nepotem Hispaniae, dixi autem auctoribus Appiano lib. 2. de bell. ciu. Plutarcho in Caesare, Dione lib. 39.

Si poteris] Nolim te fratris iniuriae ita commoueant, ut propterea de tua in me voluntate quidquam detrahatur.

EPISTOLAE IV.
ARGVMENTVM.

Exsul opem implorat consulis Nepotis: seque non immemoratum beneficii futurum confirmat. P. Lentulo Spinthero Q. Metello Nepote coss.